tatis per orationem referens: parata eteni est tibi corona glorie. Apertus ē tibi paradisus et eris requiens cum patribꝰ tuis Tūc magnificauit dn̄m. Mane aūt iudici p̄ntata cum nollet ei cōsentire iussa expoliari. ⁊ in eculeo suspēdi. At lāpades eius lateribus applicari. Illa aūt leuās oculos in celū dicebat. Trāsiui per ignē ⁊ aquā et eduxisti me in refrigeriū. Tunc iussit impius prefectus afferri vas quoddā magnū ⁊ impleri aqua ⁊ eā deponi de ligno ⁊ alligari manus eius et pedes ⁊ mitti vt suffocaret̄ in aqua. At illa orabat dicens. Dn̄e disrupisti vincula mea. tibi sacrificabo hostiā laudis fiat mihi hec aqua aqua suauitatis. fiat mihi hec suffocatio illuminatio salutis. Et postq̄ʒ orauit miserunt eā in illud vas aqua plenum. Et ecce terremotus factus ē magnus. ⁊ colūba de celo descēdēs habebat in ore coronā ⁊ disrupta sunt vincula beate regine ⁊ ascēdit de aqua laudās et bn̄dicens deum. ⁊ dicens. Dn̄s regnauit decorem indutus illuminasti me dn̄e Jhesu xp̄e ⁊ saluasti miseris vnice puelle qui es bn̄dictus ante secula. Et facta est vox columbe dicēs. Ueni regina in requiē xp̄i. beata es que hāc coronā meruisti. Tunc crediderunt in dn̄m anime lxxxv. viroꝝ ⁊ mulierum. Iratus igitur olibrius fecit eā decollari. huius passio recolitur vij. ydus septembris. Cuius animaꝫ cunctis videntibus angeli tulerunt in celū cum laudibus

De nois interp̄tatōe

Mathias hebraice latine d̄r donatꝰ domino vel donatio dn̄i vel humilis siue paruus. Nā donatus a dn̄o fuit qn̄ ip̄m de mundo elegit. et inter. lxxij. discipulos designauit. Donatio dn̄i fuit qn̄ sorte electus inter ap̄los enumerari meruit. Paruꝰ fuit qr verā humilitatē huauit. Est autēʒ triplex humilitas sicut dicit Ambrosiꝰ Prima est afflictionis qua quis dicitur humilitatis. Secunda consideratōis que p̄cedit ex cōsideratione sui. Tercia deuotōis q̄ p̄cedit ex cognitōe creatorꝭ. Primā habuit beatus Mathias martiriuꝫ patiendo. Secundam seipsum despiciendo. Terciaꝫ maiestatem dei admirando. Uel dicit̄ a manu quod est bonum et thesis q̄ð est positio Inde Mathias quasi bonum positum pro malo scꝫ pro Juda. Eius vitam que per ecclesias legit̄ Beda scripsisse creditur.

## De sancto Mathia

Mathias apostolus in locuꝫ Jude proditoris substitutus est Igit̄ primo ortum ⁊ originem ipsius proditoris breuiter videamus. Legitur eñ in quadam hystoria licet apocrifa ꝙ fuit quidā vir in Jherusalem nomīe Ruben qui alio nomine dictus ē Symeon de tribu Dauid. Uel s̄m Jheronimuꝫ de tribu ysachar qui habuit vxorem q̄ ciborea nūcupata ē. Quadā igit̄ nocte cum sibi debitum mutuo exoluissent. Ciborea obdormiens somnium vidit Que perterrita cuꝫ gemitibus ⁊ suspirijs viro suo retulit dicens. Uidebat̄ mihi ꝙ filiū flagicōsum parerē: qui totꝰ gēnis nr̄e p̄ditōis cā existeret Cui rubē Nefariā inquit rē nec relatu dignā p̄faris. ⁊ sp̄ū ceu puto phitonico raperꝭ Cui illa. si me ꝯcepisse sensero ⁊ filiū pepero absq̄ʒ dubio nō sp̄ūs phitonicꝰ in me extitit sꝫ reuelatio certa fuit. Procedēte igit̄ t̄pe cuꝫ filium peperisset parētes plurimū timuerūt. ⁊ quid de eo facerēt cogitare ceperūt. Cūq̄ʒ filiū abhorrerēt occidere nec vellēt destructorem sui generꝭ enutrire ip̄m in fiscella positum mari exponunt. Quē marini fluctus ad insulaꝫ q̄ scarioth d̄r ꝓpulerunt. Ab illa igit̄ insula iudas scariothis appellatus est Regina aūt illiꝰ loci carēs liberis ad litꝰ maris cā spaciādi p̄cessit ⁊ fiscellā a maris fluctibꝰ iactari vidēs ip̄a fiscellā apiri p̄cepit. inueniensq̄ʒ ibidem puerū elegātis forme suspirās ait. O si solacijs tāte subleuarer sobolis ne regni mei successore priuarer. Puerum ergo secreto nutriri fecit ⁊ se grauidam simulauit. Tādem se filium pepisse mentit̄ ⁊ p totū regnum fama hec celebris diuulgat̄ Pn̄ceps p suscepta sobole vehe

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0118
TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG